

nis iste panis est ante verba Sacramentorum : ubi accesserit consecratio , de pane fit caro Christi... consecratio igitur quibus verbis est , & cujus sermonibus ? Domini Jesu (*Ibid.*)

CV. Antequam consecratur , panis est : ubi autem verba Christi accesserint , corpus est Christi. Audi dicentem: Accipite & edite ex eo omnes , hoc est enim corpus meum. Ante verba Christi calix est vino , & aqua plenus. Ubi verba Christi operata fuerint , ibi sanguis efficitur , qui plebem redemit. (*Ibidem c. 5.*)

CVI. Si quotidianus est panis , cur post annum illum sumis... accipe quotidie , quod quotidie tibi prosit. Sic vive , ut quotidie merearis accipere. Qui non meretur quotidie accipere , non meretur post annum accipere : quomodo Job sanctus pro aliis suis offerebat sacrificium , ne forte aliquid vel in corde , vel in sermone peccasset. Ergo tu audis quod quotiescumque offertur sacrificium , mors Domini , resurrectio Domini , elevatio Domini significetur , & remissio peccatorum ; & panem istum vitæ non quotidianum assumis ? Qui vulnus habet , medicinam requirit. Vulnus est , quia sub peccato sumus : medicina est cæleste & venerabile Sacramentum. (*Lib. 5. c. 4.*)

CVII. Naamam lepram suam mundari per aquam posse non credidit... similiter impossibile videbatur per poenitentiam peccata dimitti. Concessit hoc Christus Discipulis suis , quod ab Apostolis ad Sacerdotum officia transmissum est. (*De poenit. lib. 2. c. 2.*)

CVIII. Condolere novimus peccantibus affectu intimo : hæc enim summa virtus : & non gaudebis super filiis Juda in die perditionis eorum , & ne magna loquaris in die tribulationis eorum : sed quotiescumque peccatum alicujus lapsi exponitur , compatiar ; nec superbe increpem ; sed lugeam , & defleam : ut dum alium fleo , meipsum defleam , dicens : Justificata est magis Thamar , quam ego. Fortasse

adolescentula lapsa sit occasionibus , quæ deliciarum fomites sunt ; decepta , ac præcipitata sit : peccamus , & seniores... illis de ætate suppetit excusatio , mihi jam nulla. Illa debet discere , nos docere. (*Ibid. c. 8.*)

CIX. Homo pro pecunia pecuniam reposcit , quæ non semper debitori præsto est : Deus affectum exigit , qui in tua potestate est. Nemo pauper est , qui Deo debet , nisi qui seipsum pauperem fecerit. Et si non habet quæ vendat , habet quæ solvat. Oratio , lacrymæ , jejunia debitoris boni , census est : multoque uberior , quam si quis ex pretiis fundorum pecuniam sine fide deferat. (*Ibidem.*)

CX. Nonnulli ideo poscunt poenitentiam , ut statim sibi reddi communionem velint. Hi non tam se solvere cupiunt , quam Sacerdotem ligare. Suam enim conscientiam non exuunt , Sacerdotis induunt. (*Ibid. c. 9.*)

CXI. Sunt qui arbitrentur , hoc esse poenitentiam , si abstineant à Sacramentis cælestibus ? Hi severiores in se judices sunt , qui poenam præscribunt sibi , declinant remedium , quos vel poenam suam conveniebat dolere , quia cælesti fraudarentur gratia. (*Ibidem.*)

CXII. Facilius inveni , qui innocentiam servaverint , quam qui congrue egerint poenitentiam. (*Ibid. c. 10.*)

CXIII. Renunciandum sæculo est , somno ipsi minus indulgendum quam natura postulat ; interpellandus est gemitibus , interpellandus est suspiriis ; sequestrandus orationibus , vivendum ita , ut vitali huic moriamur usui ; seipsum sibi homo abneget , & totus mutetur. (*Ibidem.*)

CXIV. Complures vidi loquendo in peccatum incidisse , vix quemquam tacendo : ideoque tacere nosse , quam loqui difficilius est. (*De officiis lib. 1. c. 2.*)

CXV. Nihil utile , nisi quod ad vitæ illius æternæ gratiam prosit , definimus ; non quod ad delectationem præsentis. Neque aliqua commoda in facultatibus & copiis opum

constituimus; sed incommoda hæc putamus, si non rejiciantur; eaque oneri magis, cum sint, æstimari, quam dispendio, cum erogantur. (*Ibidem c. 19.*)

CXVI. Illi sæculi commoda in bonis ducunt, nos hæc etiam in detrimentis; quoniam qui hic recipit bona, ut ille dives, hic cruciatur; & Lazarus qui mala hic pertulit, illic consolationem invenit. (*Ibidem.*)

CXVII. Nihil tam commendat animam Christianam, quam misericordia. (*Ibid. cap. 11.*)

CXVIII. Est etiam in ipso motu, gestu, incessu, tenenda verecundia. Habitus enim mentis in statu corporis cernitur. (*Ibid. cap. 18.*)

CXIX. Cur non illa tempora, quibus ab Ecclesia vacas, lectioni impendas? Cur non Christum revisas, Christum alloquaris, Christum audias? Illum alloquimur cum oramus, illum audimus, cum divina legimus oracula. Quid nobis cum alienis domibus? Una est domus, quæ omnes capit. Illi potius ad nos veniant qui nos requirunt. Quid nobis cum fabulis? Ministerium Altaribus Christi, non obsequium hominibus deferendum recepimus. (*Ibid. cap. 20.*)

CXX. Irascimini ubi culpa est, cui irasci debeat. Non potest enim fieri, ut non rerum indignitate moveamur, alioquin non virtus, sed lentitudo, & remissio judicatur. (*Ibid. cap. 21.*)

CXXI. Absit pertinax in familiari sermone contentio; quæstiones enim magis excitare inanes, quam utilitatis aliquid afferre solet. Disceptatio sine ira, suavitas sine amaritudine sit, monitio sine asperitate, hortatio sine offensione. (*Ibid. cap. 22.*)

CXXII. Oratio sit pura, simplex, dilucida, plena gravitatis, & ponderis, non affectata elegantia, sed non intermissa gratia. (*De Doctrina fidei.*)

CXXIII. Non solum profusos, sed etiam omnes jocos

declinandos arbitror, plenum tamen suavitatis, & gratiæ sermonem esse non indecorum. (*Ibid. cap. 23.*)

CXXIV. Perfecta liberalitas, ubi silentio quis tegit opus suum, & necessitatibus singulorum occulte subvenit. (*Ibid. cap. 30.*)

CXXV. Est illa probanda liberalitas, ut proximos seminis tui ne despicias, si egere cognoscas. Melius est enim ut ipse subvenias tuis quibus pudor est ab aliis sumptum deprecere, aut alicui postulare subsidium necessitati; non tamen ut illi ditiores eo fieri velint, quod tu posses conferre inopibus. Neque enim propterea te Domino dicasti, ut tuos divites facias. (*Ibidem.*)

CXXVI. Qui non repellit à socio injuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit. (*Ibid. cap. 36.*)

CXXVII. Nihil bonum, nisi quod honestum, nihil beatum, nisi quod à peccato alienum sit, plenum innocentia, plenum gratiæ Dei. (*Lib. 2. cap. 3.*)

CXXVIII. Popularis, & grata est omnibus bonitas, nihilque, quod tam facile illabatur humanis sensibus. Et si moderatione præcepti, affabilitate sermonis, verborumque honore patienti, quoque sermonum vice, modestiæque adjuvetur gratia, incredibile quantum procedit ad cumulum dilectionis. (*Ibid. 3. cap. 7.*)

CXXIX. Præcipua liberalitas, redimere captivos, & maxime ab hoste barbaro; qui nihil deferat humanitatis ad misericordiam, nisi quod avaritia reservaverit ad redemptionem: æs alienum subire, si debitor solvendo non sit, atque arctetur ad solutionem, quæ sit jure debita, & inopia destituta: enutrire parvulos, pupillos tueri. Sunt etiam qui virgines orbatas parentibus tuendæ pudicitia gratia connubio locent, nec solum studio, sed etiam sumptu adjuvent. (*Cap. 15.*)

CXXX. Non potest homini esse amicus, qui Deo fue-

rit infidus. (*Lib. 3. cap. 16.*)

CXXXI. Non ideo laudabilis virginitas, quia in martyribus reperitur, sed quia martyres faciat. Quis autem humano possit eam ingenio comprehendere, quam nec natura suis inclusit legibus... è cælo accessivit quod imitaretur in terris; nec immerito vivendi sibi usum quæsivit in cælo, quæ sponsum sibi invenit in cælo. (*De virgin. lib. 1.*)

CXXXII. Virgo erat non solum corpore, sed etiam mente, quæ nullo doli ambitu sincerum adulteraret affectum. Corde humilis, verbis gravis, animi prudens, loquendi parcius, legendi studiosior, non in incerto divitiarum, sed in prece pauperis spem reponens, intenta operi arbitrum mentis solita non hominem, sed Deum quærere, nullum lædere, bene velle omnibus, assurgere majoribus natu, æqualibus non invidere, fugere jactantiam, rationem sequi, amare virtutem... eos solita solos virorum coetus invisere, quos misericordia non erubesceret, neque præteriret verecundia... non gestus fractior, non incessus solutior... ut ipsa corporis species simulacrum fuerit mentis, figura probitatis. Congeminos jejuniis dies: & si quando reficiendi successisset voluntas, cibus plerumque obivus, qui mortem arceret, non delicias ministraret. Dormire non prius cupiditas quam necessitas fuit. Et tamen cum quiesceret corpus, vigilaret animus... prodire domo nescia, nisi cum ad Ecclesiam conveniret, & hoc ipsum cum parentibus, aut propinquis Domestico operosa secreto, forensi stipata comitatu, nullo meliore tamen sui custode, quam seipsa. (*Lib. 2.*)

CXXXIII. Beatus vir, qui sperat in eo: omnia Christus est nobis. Si vulnus curare desideras, medicus est; si febribus æstas, fons est; si gravaris iniquitate, justitia est; si auxilio indiges, virtus est; si mortem times, vita est; si cælum desideras, via est; si tenebras fugis, lux est; si cibum quæris, alimentum est. Gustate igitur, & videte, quo-

niam suavis est Dominus. (*Ibidem.*)

CXXXIV. Non decet esse liberiolem lætitiã in Virginibus. Quæ si non habent quod fleant, lapsus fleant peccantium. Etenim quæ aliorum lapsus fleverit, suos cavebit. (*De Virginit. exhort.*)

CXXXV. Quid tibi cum hominibus sæcularibus, aut quem tractatum habes cum illis? Quid vis scire cum ipsis perditionem, quam ipsi sequuntur? Si castitatem quæris, hanc illi non habent. Si fidem quæris, quis est fidelis in illis, quem tu comitaberis? Si autem Christum quæris, non manet in illis... devovisti animam tuam ad destruenda omnia, quæ sunt hujus sæculi: quomodo quæris sæculum, cui renuntiasti? (*Ad Virg. laps. cap. 1.*)

CXXXVI. Grandi plagæ alta, & prolixa opus est medicina: grande scelus grandem habet necessariam satisfactionem. (*Ad Virg. laps. cap. 8.*)

CXXXVII. Ne tibi de multitudine peccantium similitum blandiaris; & dicas, non solus ego hoc egi, multos habeo socios; sed recogita quia multitudo sociorum impunitatem non facit criminum. In totis quinque civitatibus innumerales habitabant populi, & omnes igneis imbribus conflati sunt, qui libidinosè corpora sua tractaverunt. (*Cap. 9.*)

CXXXVIII. In nomine Jesuchristi agenda omnia, ut etiam ipsa refectio corporalis sacro religionis cultui deferatur. (*De Viduis.*)

CXXXIX. Ad medici sedem debile non potest explicare vestigium. Obsecrandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis ad præsidium dati sunt: martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrociniũ vindicare. Possunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine etiam si quæ habuerunt peccata laverunt... non erubescamus eos intercessores nostræ infirmitatis adhibere, quia ipsi infirmitatem corporis, etiam cum vincerent, cognoverunt? (*Ibid.*)

CXL. Non potest quisquam peccatis suis æger immortalium sanitatum remedia ministrare? Vide quid agas Sacerdos, ne febrienti manu corpus Christi attingas; prius curare, ut ministrare possis. Si mundos eos, qui ante fuerant leprosi, Christus jubet occurrere Sacerdotibus, quanto magis mundum ipsum convenit esse Sacerdotem? (*Ibidem.*)

CXLI. Quod nulla ordinavit dispositio, Spiritus revelavit. (*De exces. frat. sui Satyr.*)

CXLII. Quid habes quod non accepisti? Ergo quia semper accipis, semper invoca, & quia quod habes à Domino est, debitorem te semper esse cognosce. (*De obitu Theod. Imper.*)

CXLIII. Quotiescumque Martyrum memoriam celebramus, prætermisiss omnibus sæculi actibus, sine aliqua dubitatione concurrere debemus, reddere illis honorificentiam, qui nobis salutem profusione sui sanguinis pepererunt. Quisquis honorat Martyres, honorat & Christum: & qui spernit Sanctos, spernit & Dominum (*Serm. 6.*)

CXLIV. Hoc acceptum Deo jejuniū... simus ad servulos mites, blandi ad extraneos, misericordes ad pauperes. Surgentes primo diluculo, ad Ecclesiam festinemus, referamus Deo gratias, peccatis veniam postulemus, rogantes præteritis delictis indulgentiam, cautelam futuris. (*Serm. 33.*)

CXLV. Sicut reliquò anno jejungere præmium, ita in quadragesima non jejungere, peccatum est. Illa enim sunt voluntaria jejunia, ista necessaria; illa de arbitrio veniunt, ista de lege, ad illa invitamur, ad ista compellimur... hæc non tam Sacerdotum præcepta; quam Dei sunt (*Serm. 34.*)

CXLVI. Tantis malis hæc vita repleta est, ut comparatione ejus mors remedium putetur esse, non poena. (*Serm. 42.*)

CXLVII. Cuncti Martyres devotissime percolendi sunt, sed specialiter ii, quorum reliquias possidemus. Illi enim nos orationibus adjuvant, isti etiam adjuvant passione. Cum his

nobis familiaritas est, semper enim nobiscum sunt, nobiscum morantur; hoc est, & in corpore viventes nos custodiunt, & de corpore recedentes excipiunt. (*Serm. 77.*)

CXLVIII. Non est sine causa, quod tibi à bono, & justo Deo officium tribuitur largiendi, aliis necessitas imponitur indigendi. Dispensatorem igitur conservorum tuorum te ex Dominicis facultatibus esse cognosce. Ne existimes, quod omnia ventri, & deliciis tuis terra produxerit. Quæ habes commissa tibi, magis quam concessa cognosce. Parvo tempore aliquantulum super iis lætaris, & abuti eis voluptuosius delectaris; cum vero hæc pariter cum vita effluerint, rationem dispensationis vocamur Domino reddituri. (*Serm. 81.*)

CXLIX. Ex quo ore, quæso, qua impudentia panem de caelo accipientes nos, panem de terra non damus fratribus? (*Ibidem.*)

CL. Neque minus est criminis habenti tollere, quam, cum possis, & abundes, indigentibus denegare. (*Ibidem.*)

CLI. Nihil in Sacerdotibus plebeum sit, nihil commune cum studio, usu, & moribus inconditæ multitudinis. Sobriam à turbis gravitatem, seriam vitam, singulare pondus dignitas sibi vindicat Sacerdotalis. Quomodo enim potest observari à populo, qui nihil habet secretum, à populo? Quid in te miretur, si sua in te recognoscat, si nihil in te aspiciat, quod ultra se inveniat, si quæ in se erubescit, in te, quem reverendum arbitratur, offendat? (*Ep. 6. lib. 1.*)

CLII. Neque imperiale est libertatem dicendi negare, neque Sacerdotale, quod sentiat non dicere... Nihil in vobis imperatoribus tam populare, & tam amabile est, quam libertatem etiam in iis diligere, qui obsequio militiæ vobis subditi sunt. Si quidem hoc interest inter bonos, & malos principes, quod boni libertatem amant, servitutem improbi. Nihil etiam in Sacerdote tam periculosum apud Deum, tam turpe apud homines, quam quod sentiat, non libere

denuntiate. (*Epist. 29. ad Theod. Imper.*)
 CLIII. Imperator, silentii mei periculo involveris, libertatis bono juvaris. Non ergo importunus indebitis me intrersero, alienis ingero, sed debitis obtempero, & mandatis Dei nostri obedio. habemus nos, cui displicere plus periculi sit. (*Ibidem.*)

CLIV. Paratus eram, ut si ille faceret quod solet esse regiae potestatis, ego subirem, quod Sacerdotis esse consuevit. nolens numquam jus deseram, coactus repugnare non novi. Dolere poterò, poterò flere, poterò gemere: adversus arma, milites, arma mea lacrymae sunt. Talia enim sunt munimenta Sacerdotis. Aliter nec debeo, nec possum resistere. Fugere autem & relinquere Ecclesiam non soleo; ne quis gravioris poenae metu factum interpretetur. (*In Auent. Orat.*)

CLV. Cum esset propositum, ut Ecclesiae vasa jam traderemus, hoc responsum reddidi, me si de meis aliquid posceretur, aut fundus, aut domus, aut argentum, id quod mei juris esset libenter offerre: Templo Dei nihil posse decerpere, nec tradere illud quod custodiendum, non tradendum acceperim. (*Ibidem.*)

CLVI. Magister, licet censum dare Caesari, an non? Semper ne de Caesare servulis Dei invidia commovetur? & hoc ad calumniam sibi accessit impietas, ut imperiale nomen obtendat? (*Ibidem.*)

CLVII. Castigo corpus meum, ne aliis praedicans ipse reprobis inveniar. Ergo qui non castigant corpus suum, & volunt praedicare aliis, ipsi reprobi efficiuntur. (*Epist. 82.*)

CLVIII. Horum ergo meliora quam Apostolorum consilia? Apostolus dicit: Consilium do, isti dissuadendum putant, ne quis studeat virginitati. (*Ibidem.*)

CLIX. Bona virginitatis via, sed sublimis, & ardua, validiores requirit. Bona etiam viduitatis, non tam difficilis

ut superior, sed confragosa, & aspera cautiores exigit. Bona etiam matrimonii, plana, & directa longiore circuitu ad castra Sanctorum pervenit. Sunt ergo virginitatis praemia, sunt merita viduitatis, est etiam conjugali pudicitiae locus. (*Ibidem.*)

CLX. Tamquam Melchisedech sine patre, & sine matre Sacerdos esse debet; in quo non generis nobilitas, sed morum eligatur gratia, & virtutum praerogativa. (*Ibidem.*)

CLXI. Debet praeponderare vita Sacerdotis, sicut praeponderat gratia. Nam qui alios praecipis suis ligat, debet ipse legitima praecipia in se custodire. (*Ibidem.*)

CLXII. Haec Angelorum militia est, semper esse in Dei laudibus. Orationibus conciliare crebris, atque exorare Dominum student, lectione, vel operibus continuis mentem occupant, separati a coetu mulierum, sibi ipsi invicem vitam praebent, custodiam. Qualis haec vita; in qua nihil sit, quod timeas, & quod imiteris plurimum adest: jejunii labor compensatur mentis placiditate, levatur usu, sustentatur otio, aut fallitur negotio; non oneratur mundi sollicitudine, non occupatur alienis molestiis, non urgetur urbanis discursibus. (*Ibidem.*)

CLXIII. Qualis forma fuerit domini, talis totius domus est status. (*Ibidem.*)

CLXIV. Ille dives est, qui fuerit haeres Dei, Coheres Christi. Noli pauperem contemnere, ille te divitem facit. (*Ibidem.*)

CLXV. Non desidiosus, & tepidis, neque inertibus, & incultis, sed magis quibusdam animis sedulis, & bonorum vactuum probitate luculentis, per gloriam irrepsit humanam, & quos impulsione non movit, elatione dejecit. Quanto enim clariore erant meritis, tanto aptiores eos suis invenit insidiis. (*Epist. 84.*)

CLXVI. Quanto excellentius in mandatis Dei quique proficiunt, tanto majores habent causas formidinis, & tremor-

ris, ne de ipsis probitatis argumentis mens bene sibi conscia, & laudis avida, in superbiæ rapiatur excessus; & fiat immunda vanitate, dum sibi videtur clara virtute. (*Ibidem.*)

CLXVII. A quibuslibet lapsibus delictorum facile surgitur, quando opem à suo reparatore poscit elisus. Huic autem ruinæ nihil subvenit, quia aut difficile peccatum suum superbus agnoscit, aut etiam si intellexerit, non currit ad medicum, sed de se sibi remedium pollicetur, nec umquam ibi proficit cura, ubi morbus est ipsa medicina. (*Ibidem.*)

ADICIONES.

I In his tribus excellentioribus animæ dignitatibus jubemur: diligatur, & quantum diligitur, semper in memoria habeatur. Nec solus sufficit de eo intellectus, nisi fiat in amore ejus voluntas: imo nec hæc duo sufficiunt, nisi memoria addatur, qua semper in mente intelligentis & diligentis maneat Deus, ut sicut non potest esse momentum quo homo non utatur vel fruatur Dei bonitate & misericordia; ita nullum debeat esse momentum, quo præsentem eum non habeat memoria. Et ideo juste mihi videtur dictum, in-

I. Con los tres mas nobles empleos de nuestra alma se nos manda amar á nuestro Criador: asi como le conocamos, asi le amemos, y como que le amamos, siempre le tengamos en la memoria. No es suficiente conocerle, si la voluntad no se ocupa en amarle, ni bastarán estas dos cosas, si al mismo tiempo no está la memoria ocupada en el Dios que conocemos y amamos. Para que, pues no hay momento en que el hombre no sienta los influxos de la bondad y misericordia de Dios, tampoco pase un instante en que no le tenga pre-

sente la memoria. Por esto me parece que se dixo justamente, que el hombre interior es imagen de Dios. (*De Dign. cond. Hom. 2.*)

II. *Véia yo á Satanás que caía del cielo como un rayo;* no temamos, pues, á un enemigo tan debil que tiene que caer. Le dió el Señor licencia para tentar; pero no le concedió facultad para derribar; si el afecto, por no invocar el auxilio, no resvala con debilidad. (*Lib. de Parad. c. 2.*)

III. Abrió los ojos Adán para ver su culpa. No sé en qué consiste, que despues de haber pecado es quando conocemos nuestros delitos: entonces entendemos que es culpa lo que no pensabamos que era pecado. (*Ibid. c. 14.*)

IV. *La serpiente me engañó, y comí.* Culpa es digna de perdon aquella á que se sigue la confesion del delito. Por esto no desesperó la muger; antes bien confesó su pecado, y recibió sentencia

TOMO IV.

teriore[m] hominem imaginem esse Dei. (*De Dign. cond. Hom. 2.*)

II. *Videbam Satanam sicut fulgur de celo cadentem;* ergo non timeamus eum qui eo usque infirmus est, ut & ipse casurus sit. Accipit quidem tentandi licentiam, sed non accepit copiam subruendi, nisi sua sponte labatur infirmus affectus, qui sibi auxilium non norit arcesse- re. (*Lib. de Parad. c. 2.*)

III. Adam aperuit oculos ut culpam videret. Magis enim postquam peccavimus, nescio quomodo, nostra delicta cognoscimus, & tunc peccatum esse intelligimus, quod antequam peccaremus, non putabamus esse peccatum. (*Ibid. cap. 14.*)

IV. *Serpens decepit me, & manducaui.* Veniabilis culpa quam sequitur confessio delictorum. Ideo non desperata mulier, quæ non reticuit Deo, sed magis confessa peccatum est, quam medicinalis secuta

DDD

est sententia. Bonum est condemnari in peccato, & ut cum hominibus flagellemur. (Ibid.)

V. Orandum pro toto corpore, pro membris omnibus matris tuæ; in qua tuæ charitatis est insigne. Si enim pro te roges tantum, solus pro te rogabis; & si pro se tantum singuli orent, minor præcatoris est gratia. Nunc autem quia singuli orant pro omnibus, etiam omnes orant pro singulis. . . Si ergo pro omnibus roges, omnes pro te rogabant. In quo arrogantia nulla, sed humilitas major est, & fructus uberior. (De Abel & Cain c. 9.)

VI. Quam gaudeo, cum aliquos mites ac sapientes, virgines castas, viduas graves, diu vivere video, ut præstant ipso quodam vultu & specie gravitatis, quod reverentur, quod imitentur juvenes. Non enim ipsis gaudeo, cum vivendo multa subeant tædia sæculi hujus, sed

medicinal. Bueno es que nos condenen á la pena que merece la culpa para que experimentemos el azote con los hombres. (Ibid.)

V. Por todo el cuerpo se debe orar, por todos los que son miembros de tu madre, que tiene la mutua caridad por divisa. Porque si solamente oras por tí, serás solo á rogar por tí; y no se consigue tanta gracia quando cada uno ora por sí. Mas todos piden para el que ruega por todos. Si orares, pues, por todos, todos suplicarán por tí. En esto no hay arrogancia alguna; antes bien es mayor la humildad, y mas abundante el fruto. (De Abel & Cain. cap. 9.)

VI. Quanto me alegro, quando veo que viven muchos los que son mansos y sabios, las vírgenes castas, y las viudas graves y respetables: para que en sus mismos semblantes, y en aquel aspecto de gravedad tengan los jóvenes que venerar y que imitar. Me alegro de ver estas personas

no porque tienen que sufrir mientras viven muchas molestias de este siglo, sino porque aprovechan á muchos. (Lib. 2. c. 3.)

VII. Debemos condenar el pecado, y avergonzarnos de haberle cometido: mas no le hemos de defender; porque con la vergüenza se disminuye, con la defensa se agrava. (Ibid. c. 7.)

VIII. Creyó Abraham á Dios, y esto se le contó por justicia; porque no buscó la razón, sino que creyó con la fe mas obediente, lo que importa es que la fe preceda á la razón, no parezca que para creer á Dios le pedimos la razón tratándole como si fuera algun hombre. Porque sería indignidad dar fe al testimonio de un hombre en lo que nos dice de otro; y no creer á los oráculos de un Dios, quando habla de sí mismo. (De Abr. c. 15.)

IX. No destruiré la ciudad si hubiere en ella cincuenta justos. Por aquí entendemos que baluarte es un justo para conservar la

quia prosunt pluribus. (Lib. 2. c. 3.)

VII. Erubescere debemus & condemnare peccatum, non defendere: quoniam pudore culpa minuitur, defensione cumulatur. (Ibid. c. 7.)

VIII. Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam: quia rationem non quæsit, sed promptissima fide credidit. Bonum est, ut rationem præveniat fides, ne tamquam ab homine, ita à Domino Deo rationem videamur exigere. Etenim quam indignum ut humanis testimoniis de alio credamus, Dei oraculis de se non credamus? (De Abr. c. 15.)

IX. Non perdam civitatem, si fuerint in ea quinquaginta justis. Unde discimus quantus murus sit patriæ vir justus. (Ibidem,

cap. 18.)

X. Non consulitur Rebecca de sponsalibus, illa enim iudicium expectat parentum; non est enim pudoris virginalis eligere maritum. (*Ibid. c. ult.*)

XI. Hoc est esse divitem, quod satis sit voluntati. Mensuram enim frugalitas habet, census non habet. (*Ibid. lib. 2. c. 15.*)

XII. Qui se Abrahamæ hæredem agnosceret ait: *advena sum ego in hac terra, & peregrinus sicut omnes Patres mei.* Qui enim peregrinus hic fuerit, civis in cælo est: qui autem in hac terra omnem animæ suæ substantiam constituendam putaverit, hæreditatemque hujus terræ acquirendam sibi exultaverit, à regno Dei excludetur. (*Ibid. c. 9.*)

XIII. *Pone me ut signaculum in cor tuum, ut sigillum in brachium tuum.* Signaculum Christus in fronte est, signaculum in corde. In fronte, ut semper confiteamur; in corde, ut semper

patria. (*Ibidem. cap. 18.*)

X. No se habla con Rebecca en punto de esponsales; porque estaba esperando el parecer de sus padres, y no pertenece al pudor de una doncella elegir por sí el esposo. (*Ibid. c. ult.*)

XI. Tener lo que basta al deseo es estar rico. La frugalidad tiene medida, la renta no la tiene. (*Ibid. lib. 2. c. 15.*)

XII. El que se conocia heredero de Abraham, dice: *Yo soy extranero en la tierra, y peregrino como todos mis Padres.* Porque el que es aqui peregrino, es ciudadano en el cielo: pero el que piensa poner en esta tierra todos los bienes de su alma, y se alegra de adquirir la herencia de este mundo, será excluido del reyno de Dios. (*Ibid. c. 9.*)

XIII. *Ponme por selló sobre tu corazon, y como selló en tu brazo.* Es Christo selló en el corazon, y lo es en la frente. Es selló en la frente para que siempre le confesemos: lo es en el cora-

zon para que siempre le amemos: y lo es en el brazo para que siempre obremos. Resplandezca, pues, su imagen en nuestra confesion: luzca en la santa leccion, y brille en todas nuestras obras: para que, si es posible, se vea expresada en nosotros toda la figura de Jesuchristo. (*De Isaac lib. 1. c. 8.*)

XIV. Cada uno de los que viven debe representar la imagen de la muerte. El que llega á conseguir que mueran para él todos los deleites del cuerpo, muera tambien á los malos deseos, asi como le sucedia á San Pablo quando decia: *El mundo está crucificado para mí, y yo lo estoy para el mundo.* (*De bon. morc. c. 3.*)

XV. El alma se desata, el cuerpo se deshace: la que se desata se alegra: y lo que se deshace nada siente. (*Ibid.*)

XVI. La vida del justo es mirar como comunes las riquezas que tiene, y aun repartirla á los necesitados, cortar de sus propias comodidades, moderar el gusto, aña-

diligamus; signaculum in brachio, ut semper operemur. Luceat ergo imago ejus in confessione nostra, luceat in lectione, luceat in operibus & factis; ut si fieri potest tota ejus species exprimatur in nobis. (*De Isaac & an. lib. 1. c. 8.*)

XIV. Unusquisque in hac vita positus speciem mortis imitatur, qui potest ita agere, ut ei moriantur omnes corporis delectationes, & cupiditatibus omnibus ipse moriatur, sicuti mortuus erat Paulus dicens: *Mihi mundus crucifixus est, & ego mundo.* (*De bono mort. c. 3.*)

XV. Anima absolvitur, corpus resolvitur. Quæ absolvitur, gaudet; quod resolvitur, nihil sentit. (*Ibid.*)

XVI. Hæc enim vita justi, qui etiam quas habeat facultates, communes æstimare debeat, imo etiam inopibus dividere, recidere voluptates proprias, tenuare sump-